GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200
Seite 128r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

QVID MIRVM
Si eterna di sapientia espici non valet. quando ipsa quidem in
visibilia que per eam sunt condita humanis oculis comprehendi non possunt.
In re igitur creatis discimus. creatorem omnium quinta humilitate venerem
mur. ut in hac vita usurpare sibi de omnipotentis specie mentis humana nil au
deat. quod solum electis suis premium in subsequenti remuneratione seruat. Vnde bene postquam dictum est
abscondita est ab oculis omnium viuentium. vlco subinferit. Volucres celi
quas latet. In scriptura enim sacra volucres
aliquando in malis. aliquando vero in bono
dantur intelligi. Et volucres quippe non
nunquam potestates aereas designant.
bonosque studiis adiuere se. Vnde veritatis ore dicit. Quo scilicet quo vxta viam ce
cidit venerunt volucres et comederunt
illud. quia numerum malignis spiritibus humanas mentes obsidentes. diuersas cogi
tationes noxias ingerunt. verbum vitae
a memoria euellunt. Hinc rursum
cuidam diuiti superba sapienti dicitur
Vulpes foueas habent et volucres celi nidos. filius autem hominis non habet
vbi caput suum reclinet. Vulpes
valde fraudulenta sunt animalia.
que in fossis vel specubus abscondunt.
cumque apparuerunt nunquam rectis
itineribus. sed tortuosis anfractibus currit.
volucres vero ut nouum. alto volatu se
in aera subleuant. Nomine igitur vulpium dolosa atque fraudulenta. nomi
ne autem volucrum hec eadem superba
demonia designantur. de si dicat. fraudulenta et elata demonia in corde
vero id est in cogitatione superbie niue
nunt habitationem suam. filius autem
hominis non habet vbi caput suum
reclinet. id est humilitas mea in sup
ba mente requiem non inuenit. Qua
si quodam volatu volucris illa prima
se extulit. que pelatam cogitationem
dixit. In celum conscendam. super astra
celi exaltabo solium meum. sedebo
in monte testamenti in lateribus aquilo
nis. Ascendam super altitudinem nubium. et ero similis altissimo. Ecce quam
alta superbe volando appetiit. Quem
etiam volatum et primis hominibus
persuasit. Ipsi quippe volando quasi pse
re conati sunt. quando eis dictum est
ut gustarent et essent sicut dii. cum
similitudinem diuinitatis appetiuit.
um mortalitatis munera perdiderit.
Qui in terra moriendo non essent. si super
biam humilitate stare voluissent. At
contra in bono volucres poni solent.
sicut in euangelio dnis cum similitu
dinem regni celestis ex grano synapis denuntiaret dicens. Cui simile
est regnum dei. et cui simile estima
bo illud. Simile est grano synapis.
quod acceptum homo misit in hortum